UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

**Isidorus <Pelusiota>**

**Parisiis, 1585**

Ischyrioni. 58.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

bellua, vituperabitur, ac propterea diuinam vltionem haud effugiet.

*Alphio Subdiacono.* 56.

1.Cor.13. Nunc cognoſco ex parte, inquit Apoſtolus: illud videlicet exploratum habens, Deum hîc quoque exuberantem ſapientiæ ſuæ copiam demonſtraturum fuiſſe, ſi id,quod accepturum erat, cognitionem eam,quæ nunc percipi non poteſt: percipietur autem, quantum fas erit, in futuro æuo, accipere potuiſſet.

*Palladio.* 57.

Corpus,vir optime, alimento non deliciis, paucitate non ſaturitate, ſufficientia non magnificentia ſumptuúmque profuſione opus habet. Illæ enim & animo & corpori vtilitatem afferunt, vt quæ & ſanitatem & robur, & optimam habitudinẽ concilient: hæ autẽ vtrique parti obſunt. Neque enim duntaxat ſanitatem labefactant, verùm etiam graues morbos parturiunt. Argumento perſpicuo illud eſt, quòd ij, qui ita viuunt, vt paucis rebus egeant,eos qui molle ac luxu diffluens vitæ genus ſequuntur,&ingenij acumine,& prudẽtia,& corporis valitudine ſuperãt.

*Iſchyrioni.* 58.

Videris,pro abiecto ac vitioſo animi tui affectu, nec animi magnitudinem omni miraculo ſublimiorem, nec nouum & ab hominum ſenſibus remotum, ac cælos omnes ſuperantem Apoſtolicum amorem comprobare. Nam ſi nunc quoque obſcurum tibi eſſe videtur id quod dictum eſt, illud equidem probè ſcio, fore, vt cùm apertioribus ac dilucidioribus id extulero, tum rurſum incredibile id tibi videatur, quod nunc obſcurum eſſe videtur: quòd
Rom.9. videlicet ita vitioſe affectus ſis. Ille enim abalienationem à Chriſto libenti animo laturum ſe dicebat, dum hac ratione ipſius Chriſti gloriam omnes celebrarent.

ἀτίθασον κακισθήσεται θηρίον, καὶ τὴν θείαν οὐ διαφεύξεται δίκην.

Ἀλφείῳ ὑποδιακόνῳ. νϛ.

Ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους, ἔφη ὁ ἱερὸς ἀπόστολος, γινώσκων ὅτι τὸ θεῖον κἀνταῦθα τὴν περιουσίαν τῆς οἰκείας σοφίας ἔδειξεν ἄν. εἰ τὸ δεξόμενον ἱκανὸν ἦν δέξασθαι τὴν νῦν μὲν ἀχώρητον γνῶσιν, χωρηθησομένην δὲ κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι.

Παλλαδίῳ. νζ.

Τὸ σῶμα, ὦ βέλτιστε, τροφῆς δεῖται οὐ τρυφῆς, ὀλιγοδείας, οὐ πλησμονῆς· αὐταρκείας, οὐ πολυτελείας· αἱ μὲν γὰρ καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ὠφελοῦσιν, ὑγείαν καὶ ῥώμην καὶ εὐεξίαν τίκτουσαι· αἳ δ' ἄμφω καταβλάπτουσιν, οὐ μόνον τὴν ὑγείαν διαφθείρουσαι, ἀλλὰ καὶ νοσήματα ἀργαλεώτατα ὠδίνουσαι· ἀπόδειξις δὲ σαφὴς, τὸ τοὺς τῆς ὀλιγοδείας ἀσκητὰς τῶν τὸν ἁβροδίαιτον ἑλομένων βίον, καὶ συνετωτέρους καὶ σωφρονεστέρους καὶ ὑγιεινοτέρους εἶναι.

Ἰσχυρίωνι. νη.

Ἔοικας ἀπὸ ταπεινοῦ καὶ φαύλου φρονήματος, μήτε τὴν μεγαλόνοιαν τὴν παντὸς ἐπέκεινα θαύματος, μήτε τὸν καινὸν καὶ παράδοξον, καὶ πάντας τοὺς οὐρανοὺς ὑπερβάντα ἀποστολικὸν ἔρωτα καταδέχεσθαι. εἰ γὰρ καὶ νῦν ἀσαφὲς εἶναί σοι δοκεῖ τὸ λεχθὲν, εὖ οἶδ' ὅτι ὅταν αὐτὸ σαφέστερον φράσω, τότε πάλιν ἄπιστον εἶναί σοι δόξει, ὃ πρότερον ἀσαφὲς, διὰ τὸ οὕτως φαύλως διακεῖσθαι. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἔλεγε ἀσμένως ἂν εἰ οἷόν τε ἦν καὶ ἀλλοτριωθῆναι τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τοῦ αὐτὸν τὸν Χριστὸν παρὰ πάντων δοξάζεσθαι. σὺ δ' εἰς τοσαύτην ταπεινότητα κατάγειν

πολ-

τολμᾷς τὴν ἀποστολικὴν ὑπεροχὴν, ὥς τινα φράζειν, ὧν καὶ μνησθῆναι αἰσχύνομαι. οὐ γὰρ κειμήλιον, ὡς φὴς, ηὔξατο εἶναι. τίς γὰρ καὶ τῶν σφόδρα ῥαθύμων, οὐκ ἂν εὔξαιτο τοῦτο. οὐδὲ θάνατον σωματικὸν προὐκαλεῖτο ὁ καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκων. οὐδὲ τοσαῦτα ἂν διεβεβαιώσατο, ὡς μέλλων ἀπιστεῖσθαι, εἴ γε εὐτελές τι ἦν καὶ φαῦλον τὸ νενοημένον αὐτῷ. ἀλλ' ἐπειδὴ κρεῖττον ἦν ἁπάσης δυνάμεως καὶ ῥώμης, πολλοὺς μάρτυρας παρέστησε, τοῦ μὴ ψεύδεσθαι, καὶ κομπάζειν. καὶ γὰρ ἀλήθειαν λέγω, φησὶν, ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεως ἐν πνεύματι ἁγίῳ. εἰ τοίνυν καὶ τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸν Χριστὸν, καὶ τὸ μὴ ψεύδεσθαι, καὶ τὴν συνείδησιν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον μάρτυρας τῶν λεχθησομένων παρέστησε, τίς ἂν πιστεύσειεν, ὅτι ταπεινόν τι ἐννοῶν καὶ οὐδαμινὸν, εἰς τοσαύτην ἐξηνέχθη διαβεβαιώσεως ὑπερβολήν; εἰ δ' ἔτι μικρὰ φρονεῖς, καὶ περὶ γῆν ἰλυσπώμενος, οὐδὲν μέγα καὶ νεανικὸν ἐννοῆσαι βούλει, παρεὶς τὸν θεοφιλῆ Μωσέα, εὐξάμενον ἐκ τῆς θείας βίβλου ἐξαλειφθῆναι, εἰ οἱ ὑπ' αὐτῷ τελοῦντες πανωλεθείᾳ παραδοθεῖεν. μεῖζον γάρ ἐστι τὸ τοῦ ἀποστόλου. ὁ μὲν γὰρ συναπολέσθαι. ὁ δ' ἀπολέσθαι, ἵνα ἄλλοι σωθῶσιν ηὔξατο, ἀπὸ γυναικὸς γενναίας, ὡς ἄν τις μικρὸν μεγάλῳ εἰκάσειε, τοῦτ' ἀποδεῖξαι πειράσομαι. ἡ Ῥεβέκκα ἀποστολικὴν, ὡς ἄν τις εἴποι, ἔχουσα μεγαλοψυχίαν, εἵλετο κατάραν ὑποστῆναι, ἵν' ὁ παῖς εὐλογίαν κληρονομήσῃ, καὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν ἐκείνῳ παρεχώρει. οὐ γὰρ δὴ μετ' ἐκείνου εὐλογεῖσθαι ἤμελλε. τὰ δὲ κακὰ αὐτὴ μόνη παρεσκευάζετο ὑπομένειν. καὶ οὕτω προθύμως παρεσκεύαζε τὸ δρᾶμα, ὡς καὶ τῇ μελλήσει δυσχεραίνειν, καὶ τῇ ταχυτῆτι χαίρειν, καὶ κατεπείγειν τὸν παῖδα. καὶ ταῦτα κινδύνου μεγίστου παρεστῶτος. ἀφεῖσα γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ὁ πατήρ σου εἰς γῆρας βαθὺ ἐλήλακε, καὶ τὸ τρανὸν τῆς αἰσθήσεως ἀφηρέ-

Tu verò Apoſtolicam exuperantiam vſque adeò deprimere ac deiicere conaris, vt quædam dicas, quæ etiam meminiſſe me pudet. Neque enim theſaurum ſe eſſe optauit, vt ais (ecquis enim tam ſegnis atque ignauus eſt, qui non hoc in votis habeat?) nec rurſum corporeã mortem prouocabat, qui quotidie moriebatur: nec tãquam fidem nemini facturus, tot aſſeuerationibus vſus fuiſſet, ſiquod mente conceperat, tenue quiddam & exile fuiſſet. Verùm quoniam vim omnem ac robur ſuperabat, idcirco multos teſtes adhibuit, ne mentiri ac ſe inſolenter iactare videretur. Veritatem enim dico in Chriſto, inquit, *Rom. 9.*
non mentior, teſtimonium mihi perhibẽte conſcientia in Spiritu ſancto. Cùm igitur, & veritatem, & Chriſtum, & non mẽtiri, & conſciẽtiam, & Spirirum ſanctum, eorum, quæ dicturus erat, teſtes produxerit, quis illud credat, eum vile quiddam & abiectum animo agitantem ad tantam aſſeuerationis magnitudinem progreſſum fuiſſe? Quòd ſi abiectum quoddam adhuc ſentis, atque humi prouolutus, nihil magni ac generoſi animo concipere vis, pio viro Moſe miſſo facto, qui vt de diuino libro *Exod. 32.*
expungeretur, rogauit, ſi ij qui ſub ipſius imperio erant, internecione delerentur (Maius enim eſt quod Apoſtolus fecit. Nã ille ſimul perire cupiebat: hic autem perire, vt alij ſalutem conſequerentur) ab egregia & ſtrenua fœmina (vt quiſpiam rei magnæ coniecturam per exiguam faciat) iſtud demonſtrare conabor. Rebecca, Apoſtolica, vt ſic loquar, animi magnitudine prædita, imprecationem ſuſcipere minimè dubitauit, vt ipſius filius benedictionem con- *Gen. 27.*
ſequeretur. Atque bonis quidem ipſi cedebat: mala autem ipſa ſola ſufferre parata erat. Ac tanta animi promptitudine tantóque ſtudio hanc fabulam præparabat, vt cunctationem iniquo animo ferret, celeritate autem lætaretur, ac filium ad maturandum facinus vrgeret: idque tanto periculo propoſito. Omiſſis enim his verbis, Pater tuus ſenectute iam longè proceſſit, ſenſuúmque integritatem ac perſpicuitatẽ

amiſit,nec fraudem deprehendet, his inquam omnibus verbis inciſis,ad filium detrectantem ac metuentem dixit, in me ſit, ô fili,iſta maledictio. Tantùm ne fabulam à me ſtructam labefactes: nec volucrem prædam amittas: nec huiuſmodi theſaurũ prodas.Cùm igitur mulier, quæ ne mulieris quidem fortitudinem animique magnitudinem habebat, diris deuoueri non recuſarit, vt alius benedictionem obtineret,quid? an tantus ac talis Apoſtolus non idem perpeti optaſſet, vt Iudæi ad fidem accederent, nec Deus contumelioſis verbis configi videretur, vt qui, cùm aliis promiſiſſet, alios tamen ad tantum honoris gradum euexiſſet. Ac quidem certè non eò hæc dicebat, quòd re vera pollicitatio excidiſſet(dixit enim,non quòd promiſſio exciderit,ea nimirum, quæ ad patres facta eſt:)nam in eorum poſteris, qui fidem amplexi ſunt, & in Ethnicis qui per Baptiſmũ ad ſimilitudinem Iſaac acceſſerunt, euentum habuit. Idque etiam Apoſtolorum anteſignanus Petrus his verbis confirmat:
*Act.2.* Hanc promiſſionem impleuit Deus ipſorũ filiis,hoc eſt nobis,ſuſcitato Ieſu. Quocirca, non tanquam promiſſio excidiſſet, his verbis vſus eſt: verùm vt effrenatum ſuum erga Chriſtum amorem demonſtraret. Ac ſi locum hunc Apoſtoli accuratè peruoluas,eum hoc confirmantẽ reperies.

*Zoſimo Presbytero.* 59.

Audio te,iis,qui optima cõſilia tibi ſubminiſtrant, valere iuſſis, atque omnibus pudoris vinculis effractis,ad infame ac deteſtandum vitium præcipitem rapi. Ac velim quidem id minimè verum eſſe. Sin autem ita eſt, da operam, vt priuſquàm te huiuſmodi temulentia prorſus oppreſſerit, ex ea emergas: ne alioqui, & hic probrum atque infamiã,& illic pœnã ſubeas.

*Palladio & Maroni.* 60.

Multus ſermo fluit,ac multorum fide di-

θῇ, καὶ οὐ φωράσῃς τὸν δόλον. ταῦτα πάντα συντεμοῦσα, ἔφη τῷ παιδὶ ἀναδυομένῳ καὶ δεδοικότι, ἐπ' ἐμὲ ἡ κατάρα σου τέκνον. μόνον μὴ διαφθείρῃς τὸ κατασκευασθὲν παρ' ἐμοῦ δρᾶμα. μηδ' ἀπολέσῃς ὀξύτατον ὂν τὸ θήραμα, μηδὲ προδῶς τὸν θησαυρόν. εἰ τοίνυν γυνὴ, ἡ μηδὲ γυναικὸς ἔχουσα ἀνδρίαν μηδὲ μεγαλοψυχίαν, εἵλετο καταραθῆναι, ἵνα ἄλλος εὐλογηθῇ, ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος Ἀπόστολος οὐκ ἂν ηὔξατο τοιοῦτόν τι παθεῖν, ἵν' οἱ Ἰουδαῖοι πιστεύσωσι, καὶ μὴ δόξῃ βλασφημεῖσθαι ὁ θεὸς, ὡς ἄλλοις μὲν ἐπαγγειλάμενος, ἄλλους δὲ εἰς τοσαύτην ἀξίαν ἀναγαγών. πάνυ μὲν οὖν ταῦτα ἔλεγεν, οὐχ ὡς τῷ ὄντι τῆς ἐπαγγελίας διαπεσούσης. ἔφη γάρ, οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, ὁ πρὸς τοὺς πατέρας δηλονότι γεγενημένος. ἐξέβη γὰρ ἡ ἐπαγγελία ἐν τοῖς ἐξ αὐτῶν πιστεύσασι, καὶ ἐν τοῖς ὁμοίοις τῷ Ἰσαὰκ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐξ ἐθνῶν τεχθεῖσι. καὶ τοῦτ' ἐγγυᾶται καὶ ὁ τῶν ἀποστόλων κορυφαῖος Πέτρος, λέγων ταύτην τὴν ἐπαγγελίαν ἐκπεπλήρωκεν ὁ θεὸς τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἡμῖν, ἀναστήσας Ἰησοῦν. οὐ τοίνυν, ὡς διαπεσούσης τῆς ἐπαγγελίας, τοῦτ' ἔφη, ἀλλ' ἵνα δείξῃ τὸν ἀκάθεκτον ἑαυτοῦ περὶ τὸν Χριστὸν πόθον. καὶ εἰ ἀκριβῶς διέλθοις τὸ χωρίον τὸ ἀποστολικὸν, τοῦτο αὐτὸν κατασκευάζοντα θεάσῃ. αὐτοῖς

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ. νθ.

Πυνθάνομαι ὡς ἐῤῥῶσθαι φράσας τοῖς τὰ κάλλιστα συμβουλεύουσι, καὶ πάντας τοὺς τῆς αἰδοῦς διαῤῥήξας δεσμοὺς οἴχῃ φερόμενος ἐπὶ τὴν δυσκλεᾶ καὶ δυσώνυμον κακίαν. βουλοίμην μὲν οὖν μὴ εἶναι ταῦτα ἀληθῆ. εἰ δ' ἐστὶ, σπούδασον πρὶν σφόδρα ὑπὸ τῆς τοιαύτης καταγωνισθῆναι μέθης ἀνενεγκεῖν, ἵνα μὴ κἀνταῦθα αἰσχύνην ἕξῃς, κἀκεῖσε δίκην ὑφέξεις.

Παλλαδίῳ καὶ Μάρωνι. ξ.

Πολὺς λόγος ῥεῖ, καὶ δι' ἀξιοπίστων

παρ-